ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. CRS. 13

23 aprile 1593

Curia Generalizia - Roma

CRS-13

Transumptum Bullae Clem. VIII "Decet ex benignitate" i esenzione dalla potestà episcopale - 23.IV.1593

A

Transumptum in forma Probanti Bulla
Clementis Octaui in fauorem Cong.^is
ut in Bullario pg. 48.

Num.o 7.

Decet ex benignitate = 1593.

M

N.o 7

Clem VIII

In Noīe Sanct.mæ

et Individuæ Trinitatis Patris et filij et spiritus sancti Amen **Nouerint** Vniuersi, et singuli hoc presens transumpti publicū Instrumentum visum lectum pariter, et auditum quod Nos **Camillus Burghesius** Prothonotarius Apostolicus S.mi D.ni N.ri Papæ eiusq Camerarij ac Curiæ Causarū Cameræ Apostolicæ G.nalis Auditor Romaneq Curiæ Iudex ordinarius sententiarū quoq et censurarū in eadem Romana Curia et extra eam latarū l.rarumq Apostolicarū quarumcūq Vniuersalis et merus executor ab eodem S.mo D. N. Papa specialr deputatus **Pro parte** et ad Instantiam dilectorum filioz Præpositi, et Presbiterorū Congregationis Clericorū Regularium de Sommasca alias S.ti Maioli Papien nuncupatæ necnon R.di Aloysij Migliorini Vicarij et Procuris Generalis dictorū Regularium principaliū omnes, et singulos sua communiter et diuisim interesse putantes eorumq procuratores si qui tunc erant in Romana Curia ad dicendū et excipiendū quicquid uerbo uel in scriptis contra l.ras Apostolicas in forma solita sub plumbo pro parte dictorū Presbiterorū dictæ Congregationis cū actis Nostri Notij infrascti productas et Inferius insertas dicere uel excipere uolebant uidendumq illas transumi, et exemplari, ac in publicam Transumpti formam redigi nostramq et Curiæ nostræ auctm pariter et decretū desuper Interponi per audientiam publicam litterarum contradictarum citari fecimus, ad diem et horam Infrascriptas qua adueniente comparuit R.d Aloysius Migliorinus Vicarius et Procurator Generalis dictorum Clericorū Regularium coram nobis Iudicialiter citatorū non Comparentiū contumaciā accusata litterasq Apostolicas in forma solita sub plumbo

expeditas, ac inferius insertas, factoq realiter in scriptis
exhibuit atq produxit quas quidem litteras ad manus
nostras recepimus vidimus legimus, et diligenter inspeximus
, et quia sanas integras, et illesas non cancellatas, non vitia=
tas nec aliqua in parte suspectas sed omni prorsus vitio sus=
pitione carere reperijmus ipsas litteras, et per Notariu nrum
Infrascriptum transumi exemplariq ac in publicam transu=
pti formam redigi mandavimus atq fecimus volentesq et
auctte dictae Curia decernentes quod huoi nostro Transumpto
publico cum dictis originalibus diligenter auscultato
et concordato de cetero, et in antea, talis et tanta fides
in Juditio et extra adhibeatur qualis et quanta dictis litte=
ris originalibus daretur et adhiberetur seu daretur, et
adhiberetur si in medio exhibite forent aut ostense dcar
vero litterar tenor talis est Vz **Clemens epus Ser=
vus Servorum Dei Ad perpetuam rei Me=
moriam** Sicut ex Benigno sedis Apostolice studio provenire
uteca que pro divini cultus augumento religionis propaga=
tione et animaru salute provida seatione concessa sunt
sua protectionis muniminie confovere unde nos, ad eiusdem
apicem divina disponente clementia assumpti his que pro=
pterea facta comperimus nostra aprobationis robur cum
à nobis petitur libenter adhijcimus, ut eo firmius subsistat
quo sedis eiusdem protectione sepius fuerint circumful=
ta, Sane pro parte Dilectoru filioru Prepositi et Presbi=
teroru Congregationis Clericoru Regulariu de Somasca
alias sancti Maioli Papien nuncupatae exhibita nobis
nuper petitio continebat, quod cum iam ab Anno Dni
Millesimo quingentesimo vigesimo octavo Ad Gloriam
omnipotentis Dei Populorumq edificationem, et salutem
de

, ac pauperum subventionem Vna pia Congregatio Cle=
ricoru Regularium de Sommasca alias Sti Maioli Papi=
en nuncupata cuius fundator, et primus auctor fuit
quondam Hieronimus Miani Civis Venitus Instituta
et postea à felicis recordationis Paulo iij cum facultate
eligendi Superiorem et condendi constitutiones locaq
pro educatione Orphanoru, et alijs operibus pijs exercendis
ubicumq accipiendi nec non a Pie memorie Pio iiij qui et
nonnullas indulgentias, et gratias spirituales ei concessit
approbata, et demum à recollende memoria Pio V. Romanis
Pontificibus predecessoribus nostris in Religionem Clericor
regulariu huoi cum facultate emittendi Solia vota redacta
atq erecta exindeq eadem Religio cui unus propositus Ge=
neralis eius Gubernator, et Rector Preest, et cuius ministri
pro tempore probati, ac magis Idonei reperti simulq vita
moribus, et charitatis fervore commendati ipsorum Orpha=
noru, nec non etiam aliquorum Seminariorum quorum
ipsa Congregatio curam suscepit ac scholaru, et Achade=
miaru, in ea, tam ad Orphanoru, quam aliorum pueroru
institutionem erectam alijsq pijs operibus, et exercitijs
occupantur diversimode, et in quamplurimis Italie
Civitatibus, ac locis ad maiorem Dei omnipotentis glori=
am, et eius fidei propagationem proximiq subventionem
aucta et propagata fuerit, ac in dies propagetur ube=
resq fructus in Vinea Dni ex eadem provenire nos tan=
tur intuituq et in favorem tam piorem operum similis
memoria Gregorius Papa decimus tertius similiter pre=
decessor noster eidem Congregationi inter cetera sub Datu
Vo Id. Martij Pontificatus sui Anno tertio decimo Prepositu
Generalem aliosq superiores et personas professas, et non

non professas eiusdem Congregationis, nec non familia=
res, et ministros cum omnibus suis Ecclesijs, oratorijs Cimi=
terijs, Capellis, Domibus, Conuentibus mobilibus, et immobi=
libus alijsq. bonis, ac Iuribus Iurisdictionibus, et rebus tunc
presentibus et futuris tam sacris, et religiosis, quam prophanis
ad dictam Congregationem spectantibus, vel quae in futurum
spectarent ab omni Iurisdictione, dominio, potestate, supe=
rioritate, subiectione, visitatione, et correctione quorumcumq.
locorum ordinariorum quacumq. dignitate preaminentia et
auctoritate fungentium, et aliorum Iudicum Ecclesiasticorum et secula=
rium Apostolica auctoritate in perpetuum exemit, et liberauit
ac sub sua, et sedis Apostolicae, et Beati Petri Protectione im=
mediate recepit; Nec non Preposito Generali, et alijs prefatis
quod ijdem ordinarij, vel Vicarij, et officiales, aut alij quicum=
que Iudices etiam ratione criminis delicti, contractus
vel rei de qua agitur ubicumq. committatur delictum, ineatur
contractus, et res ipsa consistat nullam in Prepositum perso=
nas res et bona Congregationis huiusmodi Iurisdictionem ex=
ercere possent preterquam in Casibus decretorum Concilij Triden=
tini ipsi vero Presbiteri dictae Congregationis regulares
missas celebrare, et confessiones etiam alienae Parrochiae sub=
ditorum audire, ac sacram Eucharistiam omnibus Anni tem=
poribus Paschatis dumtaxat exceptis ministrare valiant
conuerent Ac quod Ecclesia dictae Congregationis non essent
subditae alteri Ecclesiae, tam Matrici vel Cathedrali, seu ti=
tulari ipsiq. Presbiteri, et Clerici Regulares maioribus huius=
modi Ecclesijs, vel locorum ordinarijs, etiam Cardinalibus assi=
stere, vel seruitium aliquod prestare, seu ad funera defunctorum
nisi eorum quorum Cadauera in Ecclesijs ipsius Congregationis
sepelirentur accedere minime tenerentur etiam concesserit
et

et indulserit, Voluerit q. quod illi qui in dicta Congre=
gatione professionem pro tempore emisissent ad aliquem
alium ordinem, et Congregationem etiam si arctior inibi
vigeret regularis obseruantia exceptis solum ordinibus
Capuccinorum et Carthusianorum nisi obtenta prius a supe=
riore dictae Congregationis licentia transire nullatenus pos=
sent sub poena Apostasiae, ac excomunicationis latae sen=
tentiae quam tam in ipsos transeuntes, quam eorum rece=
ptores etiam cuiuscumq. priuilegij apostolici pretextu
cui ad hunc effectum specialiter derogauit, à qua non nisi
a Romano Pontifice preterquam in articulo mortis absol=
ui valerent promulgauit et alias prout in Pauli iij Pij
iiij et Pij V. ac pro eo quod antiquae litterae super exemptione
et alijs prefatis conficerentur dictus Gregorius predecessor
rebus fuisset humanis exemptus in similis memoriae Sixti
quinti pariter predecessoris nostri litteris desuper confectis
plenius continetur Cum autem sicut eadem expositio sub=
iungebat ipsi Prepositus, et Presbiteri cupiant premissa
omnia per nos confirmari, et approbari nobis humiliter sup=
plicari fecerunt quatenus eorum desiderio annuere aliasq.
in premissis opportune prouidere de benignitate Apostolica
dignaremur; Nos attendentes, ad diligentem et fructuosam
culturam ipsius Vineae Dni, quam prefati Presbiteri, et Clerici
Regulares studio indefesso multis pijs, ac laudabilibus exer=
citijs indies faciant, ac volentes propterea illos dictamq. Con=
gregationem amplioribus fauoribus, et gratijs prosequi Prepo=
situm, et singulares personas Congregationis huiusmodi à
quibusuis excomunicationis suspensionis, et interdicti alij=
sq. Ecclesiasticis sententijs censuris, et poenis à Iure vel ab
homine quauis occasione, vel causa latis si quibus quomo=
dolibet

quomodolibet innodati existunt ad effectũ presentium
dumtaxat consequendũ harũ serie absolventes, et ab=
solutos fore censentes huiusmodi supplicationibus in=
clinati omnia, et singula prefata, et quecumq alia pri=
vilegia exemptiones immunitates concessiones facultates
prerogativas indulta, favores, et gratias prefate Congre=
gationis singulisq illius domibus, Conventibus Collegijs
Ecclesijs Capellis oratorijs Hospitalibus, et locis nec non
Preposito Generali alijsq superioribus, et personis, tam
professis quam non professis, ac familiaribus domesticis eisq
alias quomodolibet inservientibus, tam per supradictos
quam alios Romanos Pontifices predecessores nostros, ac nos
et Sedem Apostolicam eiusq auctoritate quomodolibet
concessa, ac desuper confectas litteras omniaq in eis conten=
ta, necnon etiam omnia et singula statuta ordinationes re=
gulas, et constitutiones in universa Congregatione prefata
hucusq editas licitas tamen et honestas, sacrisq Canonibus
et Concilio Tridentino minime contrarias auctoritate
apostolica tenore presentiũ perpetuo approbamus, et con=
firmamus, illisq omnibus et singulis Apostolice firmitatis
robur adijcimus supplentes omnes et singulos ac quoscumq
et qualescumq Juris, et facti, ac etiam solemnitatum, et
alios quantumvis substantiales etiam de necessitate
exprimendos defectus siqui in eis, aut eorũ aliquo quomodo
intervenerint, Ac insuper eidem Congregationi eiusq Prepo=
sito Generali quod ipse Prepositus cum voto eius Consilia=
riorum à Capitulo Generali deputatorũ cum quibusvis
eiusdem Congregationis professis defectũ natalium patien=
tibus etiam ad eosdem omnes etiam sacros, et Presbiteratus
ordines suscipiendũ, ac in eisdem in altaris ministerio et

etiam ministrandũ nec non ad quamcumq ipsius Congre=
gationis administrationem officium, et dignitatem recipien=
ac retinendũ, et exercendũ dispensare idemq Prepositus
Generalis et Visitatores eiusdem Congregationis toties
quoties opus esse Judicaverint Orphanotrophia, et loca
tam puerorũ quam puellarũ sub cura, regimine, et admini=
stratione ac disciplina dicta Congregationis existentia absq
eo quod desuper à Gubernatoribus, seu Economis et admi=
nistratoribus rerũ temporaliũ ipsorũ impediantur sub pe=
na excommunicationis maioris late sententie statim per
impedientes ipso facto incurrenda si post monitionem ab
Episcopo faciendam ab huiusmodi impedimentis non destiterint
à qua non nisi à Sede prefata preterquam in mortis articu=
lo absolvi queant seu sine preiuditio Juriũ Episcopi visitare
et que reformanda fuerint circa disciplinam eorundem
puerorum, et puellarũ ac regimen spirituale reformare
libere, et licite valeant auctoritate, et tenore prefatis licen=
tiam et facultatem concedimus, et impartimur; Ut autem
Congregatio ipsa, ac sub eius instituto militantes persone
orphanis, ac Seminarijs puerorũ liberius, et melius inser=
vire, et que sui instituti sunt adimplere possint ipsaq
disciplina regularis, in Domibus, Collegijs et locis illius ma=
gis vigeat eandem Congregationem singulaq illius collegia
et loca, ac eorũ superiores et alios ab omni onere audiendi
Confessiones ordinarias quarumcumq Monialiũ preterquam
Orphanorũ Juxta antiquũ ipsius Congregationis institu=
tum nec non ab omnibus alijs oneribus, et curis, que servi=
tuti et commoditati Orphanorũ seminariorũ, et discipli=
ne Regularis huiusmodi impedimento et damno esse quo=
quomodo possent omnino, et imperpetuũ absolvimus et

et penitus liberamus Ita etiam ut de cetero nullus etiam
si sit prepositus Generalis aliqua huiusmodi onera vel curas
nisi de consensu duarum ex tribus partibus Capituli
Generalis suscipere audeat neque possit. Postremo omnes pro-
fessiones emissas usque in presentem diem a quibusvis Clericis
et Laicis dicte Congregationis etiam si non manibus prepo-
siti Generalis aut eius Vicarij, sed aliorum Presbiterorum
inibi professorum facte sint, neque constet illos eo tempore aucto-
ritatem tales professiones recipiendi habuisse validas firmasque
et ratas esse et fore perinde ac si a Preposito Generali vel eius
Vicario prefato recepte essent dummodo tamen alias Canonice
facte fuerint, et tales professi professioni huiusmodi hodie acquiescant
licereque in posterum Preposito Generali prefato huiusmodi faculta-
tem admittendi ad professionem cuilibet Preposito vel Rectori
Inferiori eiusdem Congregationis demandare servata in
reliquis forma constitutionis eiusdem Sixti predecessoris
desuper edite presentes quoque litteras nullo unquam tempore de
subreptionis vel obreptionis seu nullitatis vitio, aut intentio-
nis nostre vel quocumque alio defectu notari impugnari, seu
quomodolibet infringi vel in Jus aut controversiam vocari
aut etiam adversus eas quodcumque Juris gratie vel facti reme-
dium impetrari seu etiam motu proprio concedi posse. Neque
sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationi-
bus limitationibus, suspensionibus derogationibus, aut alijs
contrarijs dispositionibus pro tempore emanatis comprehendi
sed semper et omni tempore ac omnino ab illis excipi et quo-
ties emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum
sunt restitutas repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo
etiam sub quacumque posteriori data per Generalem et alios
Prepositos prefatos pro tempore eligenda concessas illasque per
petuo

perpetuo validas, et efficaces esse, et censeri plenamque roboris
firmitatem obtinere. Neque Congregationem, ac prepositum Gene-
ralem et alios superiores ac personas illius super eisdem pre-
missis illorumque possessione usu, et commodo pacifico per loco-
rum ordinarios aut quoscumque alios, quomodolibet molestari
perturbari seu inquietari, vel impediri posse, Sicque et non alias
per quoscumque Judices ordinarios et delegatos, ac et Causarum
Palatij Apostolici Auditores et Sancte Romane Ecclesie Cardinales
etiam de latere legatos Vicelegatos, et alios Ecclesiasticos, ac secu-
lares sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et
interpretandi facultate et auctoritate judicari, et diffiniri debere
nec non quicquid secus super his a quoque quavis auctoritate
scienter vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane
decernimus, Non obstantibus premissis, ac dicti Sixti predecesso-
ris super admittendis religiosis edita, et quibusvis alijs apostolicis
nec non in provincialibus, et sinodalibus concilijs editis speciali-
bus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam
Juramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, et consuetudinibus legibus reformationibus
privilegijs quoque indultis, et litteris Apostolicis quibusvis superio-
ribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum qui-
busvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus
et insolitis clausulis irritantibus, et alijs decretis in genere
vel in specie etiam Motu simili, et alias in contrarium quomodolibet
etiam pluries et iteratis vicibus concessis approbatis et inno-
vatis Quibus omnibus etsi de illis eorumque totis tenoribus spe-
cialis specifica individua, et expressa ac de verbo ad verbum
non autem per clausulas generales idem importantes mentio
aut quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita
forma ad hoc servanda foret illis alias in suo robore perman-
suris

permansuris hacuicũ dumtaxat specialiter et expressũ de-
rogamus ceterisq contrarijs quibuscumq Nulli ergo omnino
hominũ liceat hanc paginam nrã Absolutionis approbationis
confirmationis adiectionis supplectionis concessionis impar-
titionis liberationis decreti, et derogationis infringere uel ei ausu
temerario contraire, Siquis autem hoc attentare presumpserit
Indignationem omnipotentis Dei ac Beatorũ Petri, et Pauli Apos-
tolorũ eius se nouerit incursurũ. Datũ Romæ Apud S. Marcum
Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio sexto
Cal. Maij Pontificatus Nri Anno secundo A. Prenus L.D. Hier. Beger
H. Cumyn à tergo Regta Hier. Beger pro Magistris loco ✝ plumbi Su-
per quibus oibus, et singulis pmissis, tanq rite, et recte, ac legitime
gestis nram et Curiæ nræ auctem pariter, et decretũ interponendum
duximus, et interposuimus prout interponimus per pntes In quorũ
omniũ, et singulorũ fidem has pntes fieri et per Notarium nrum publicũ
Infrascriptum subscribi sigillique R. C. Apca quo in talibus utimur jussimus
et fecimus appensione muniri Datũ Romæ in ædibus nris sub Anno a
natiuitate Dni Millesimo quingentesimo nonagesimo tertio Indictione
sexta die uero pa Mensis Decembris Pontus Smi D. N. D. Clementis di-
uina prouidentia Papa octaui Anno secundo Presentibus DD.
Marco Antonio Bruto, et Antonio Maynardo Romanis Connota-
rijs testibus ad premissa omnia et singula uocatis habitis specia-
liter, atq rogatis.

Ludus Ripa Nus

Et quia ... Lanella
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Transumptum In forma Probanti